Incunabula 72 crosz. 4

Theologia

Molitor (Ulricus) de Constantia de lamiis et phitonicis mulieribus. — Lypczik p. Arnold de Colonia 1495. fol prim. deest.

cf. Hain Repert. bibl. 11538.

B R E V E

✠
✠✠✠ *Ad iuuandum Malefi-*
✠ *ciatos.*

QVi manifestatus est in carne iustificatus in Spiritu, prædicatus Gentibus, in cruce occisus, & assumptus in gloria: sedens adexteram DEI Patris vt credentium preces & vota exaudiat. ipse per suum Sanctum Nomen cui omne genu flectitur, cælestium terrestrium & infernorum & per misericordiam suam infinitam & sanctam Passionem & Crucem, & per merita & preces S. Mariæ Virginis, & Angeli Dei Custodis mei, totiusque Curiæ cælestis, me a cruciantibus dæmonum & ab eorum operibus, maleficialibus N. domum totum &c. hunc ne maculetur bene ✠ dicere & præseruare dignetur. Qui

in

in vnitate perfecta cum Pa ✠ tre & Spi ✠ ritu sancto viuit & regnat in sæcula sæ culorum, Amen.

Ecce Crucem Domini, fugite partes aduersæ.

Ie ✠ sus Naza ✠ renus Rex Iudæorum Verbum Carofactum est, & habitauit in nobis & vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre Plenum gloriæ & veritatis.

Potentia Dei Pa ✠ tris adiuuet me. Sapientia Dei Fi ✠ lij instruat me. Virtus Spi ✠ ritus S. Liberet me ab omnibus malis & periculis animæ & corporis, Amen.

Benedicat mihi Dominus, & custodiat me, ostendat Dominus faciem suam mihi & misereatur mei, conuertat Dominus Vultum suum ad me & det mihi pacem, Amen.

recitare curabo. Quid igitur apud Uirgiliũ dicitur. qui in bucolicis egloga octaua recenset q cum Ulixes suis cum sociis a troya exulando ad Lyrce reginã declinasset. ipsa quoqꝫ regina hospites tales suscipiendo poculo venefico ministrasset eisdem. itaqꝫ ipsi hospites postq̃ venenata pocula bibissent in animaliũ diuersaꝝ specierum formas cõuersi sunt. hic namqꝫ in lupum. alius in aprum. alter vero in leonem. ¶ Sigismũdus. Fabulam recitas. nam poete finxerunt hoc quibus non est credendũ. ¶ Conradus. Certe poete reiicien di nõ sunt. nam Celius Lactantius ait poeticas hystorias scripsisse. sed sub occulto figmenta velasse. Attamen hanc recitat Boetius doctor catholicus in quarto libro de cõsolatione vbi sic ait.

Uela Naricii ducis
Et vagas pelago rates
Eurus appulit insule
Pulchra qua residens dea
Solis edita semine
Miscet hospitibus nouis
Tacta carmine pocula
Quos vt in varios modos
Uertit herbipotens manus
Hunc apri facies tegit
Ille marmaricus leo
Dente crescit et vnguibus
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat vlulat
Ille tygris vt indica
Tecta mitis obambulat
Sed licet variis malis
Numen arcadis alitis
Obsitum miserans ducem
Peste soluerit hospitis
Jam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant
Jam sues cerealia
Glande pabula verterant
Et nihil manet integrum
Uoce corpore perditis
Sola mens stabilis super
Monstra que patitur gemit
O leuem nimium manum
Nec potentia gramina
Membra que valeant. licet
Corda vertere non valeat
Intus est hominum vigor
Arte conditus abdita
Hec venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira que penitus meant
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere seuiunt

¶ Hec Boctius decurtatis canit. Quid iam dominationi vestre de istis maledictis mulieribus videt᷑. nōne hec vera sīt.
¶ Sigismundus. Tametsi preclaro stilo. Boctius vlixis socioꝝ qꝫ suoꝝ. gesta recitet. hesito tamen an vera sint. et si talia gesta fuerint vera. nimiꝝ si illud his hoībus acciderit qui pagani fuerūt ydola venerātes. et statuas demonū adorātes. vnde dyabolū sup̱ homines tales maiorē ptātem habuisse credimus. Cū autem nos deū celi adoremus ⁊ in christū credamus. p̱ quē ab imperio diaboli liberati sumus. vñ nobis talia cōtingere posse non existimo. ¶ Conradus Insup̱ his simile factū audiuimus. Narrat enī. Appuleius ꝑut eū recitat. Augustinus eidē asini aures accidisse ac accepto veneno humano animo p̱manēte se asinū factū fuisse. ¶ Sigismūdus Dixi iā differentiā inter ydola venerātes et deū celi colentes. ¶ Cōradus. ꝓcedamus igit᷑ ad eos qui deū celi adorarūt. vt ostendamus eisdē venefica arte talia p̱iter accidisse. ¶ Sigismundus ꝓcede igit᷑. ¶ Cōradus In hystoria sancti clementis recitat᷑. quō facies faustiniani ꝙ fuit pater scī clementis et cū beato petro apostolo conuersabat᷑ per symonē magū immutata fuerit Dicitur enī in eadem hystoria ꝙ cū Claudius imperator corneliū centurionem misisset in anthiochiam vt illic magos et maleficos caperet. Faustinianus licentiā salutandi Apionē et Anubionem a beato petro petijt. Cū autem idem Faustinianus apud simonē magū declinasset. Itaqꝫ symon Apioni et anubioni exposuit qūo ipse illa nocte corneliū centurionē fugere vellet. eo ꝙ audisset eundē. Corneliū imperatoris precepto se cōprehendere velle. vñ ipse symon oēm furorē in faustinianum conuertere ꝓposuit. Tantum inquiens facite faustinianum cenare vobiscū. At ego interim quoddā vngentū componam quo cenatus faciem suam perungat ex eo quoqꝫ vultū meum habere videatur. Vos aūt herbe cuiusdam succo faciem perungamini prius vt non fallamini de immutatione vultus eius. volo enī vt comprehendat᷑ ab is qui me querūt. et luctum habeant filij eius qui me relicto fugierūt ad petrū. Itaqꝫ facies faustiniani fuit mutata vt nemo eum preter quā petrus agnosceret. admodū quippe vt qui faustinianū intuebantur estimabant se symonē magum videre. Ecce igitur ꝙ

pristinis tꝑibus in preceptorem et magistri locũ habui. Eloquentie etiam elementa iurisq; sententias adhuc iuuenis ab eo suxi. hodieq; sugere desiderem. vt sic aggressus sum. Etenim cum apud priscos oratores dyalogus plerũq; aliquid iocũdioris delectationis afferri extimatũ est. idcirco presenti in tractatu per viam dyalogi immo trilogi procedere decreui. Uerum quia multa ea de re disputatione digna cũ prouido et prestanti viro. Conrado schatz huius inclite ciuitatis mee Constantiẽsis plurium annoꝝ pretore et magistratũ gerente viro vtiq; spectato et facundia florente recensui. qui tãq; pretor huiusmodi mulierum confessiones didicit: Itaq; ipsum pñtem dyalogum seu trilogum sub tuo excellentissimo ipsiusq;. Conradi et meo nominibus expedire arbitratus sum. Idcirco sub beningnitatis venia ad materiã accedens quasdam questiones pro claui huius materie discutiendas premisi.

Capitu. presentis tractatus

Primo vtrũ ex facto laniaꝝ ⁊ incantatricũ ac cooꝑatiõe demonũ possint ꝓuocari grãdines et tonitrua in lesionẽ terre.

Scdo vtrum lanie ⁊ incãtatrices possint adiutorio dyaboli hoibus et infantibus nocere. ac morbos eisdem inferre.

Tercio. vtrũ possint hoiem cõiugali in statu constitutũ ad coeundum inficere et impotentem reddere.

Quarto vtrum possint hominũ ymagines et facies eorum in alias formas transmutare.

Quinto vtrũ possint sup baculũ vnctũ vl' sup lupũ vel sup aliud aĩal eq̃tare. et ad sui cõuiniĳ ludũ de loco ad locũ traduci vbi bibant et comedant ac mutuo se cognoscãt atq; letenť.

Sexto vtrum cũ talibus maleficis mulieribus possit dyabolus incubando in forma hominis cõmisceri.

Septimo vtrum ex tali coitu possibile sit generari filios.

Octauo vtrum possint adiutorio demonũ secreta scire et cõsilia principum reuelare ac futuros euentus predicere.

Nono vtrum iusto iudicio possint tales malefici et scelerate mulieres igne cõcremari vel aliĳs penis affici.

Exorditur itaq; clementissimus. Sigismundus archidux anstrie. Fidelis nobisq; dilecte doctor Ulrice qm̃

singulari fauore ob tua in nos merita te prosequimur idcir
co pñti de materia tecum pre ceteris disputare decreuimus
¶ Ulricus Illustrissime princeps q̃uis gratum sit vt ꝑ tua
in me clemẽtia me dignũ inter disputandũ fore iudicaueris.
attamẽ ecce adest Cõradus schatz pretor mee ciuitatis vir
vtiqȝ ingenio prestãs cõuersioneqȝ argutus cõsodalis meus.
placet igit̃ eius industriã hac de re prius experiri. ¶ Sigis
mundus Placet nã et eundẽ cõsilio maturũ cõuersationeqȝ
facetũ noui. Id circo q2 nobis ẜmo de laniaꝝ et incantatri
cũ maleficijs habendus erit. Itaqȝ querendum primo duxi.
Utrũ ex facto laniaꝝ possint prouocari tonitrua pluuie et
grãdines. ¶ Cõradus Quãuis in huiusmodi difficultate q̃
etiã doctissimos viros pro discussione terreri solet me insciũ
putem. iuxta verbũ socratis qui solitus fuit dicere se hoc solũ
scire qd̕ nesciret. attamẽ ne videar clementis principis moni
tis nõ acquiescere loquar pauca vt iniciũ dem mouẽdi maio
ra. ¶ Sigismũdus. dic igit̃ ¶ Cõradus Apud philosophũ
tritũ est sermone prouerbiũ vt fama quã oẽs famant non oĩ
no perdatur Fama aũt cõmunis est ꝙ ipse strige tonitrua et
grãdines effecerint. magnaqȝ damna segetibus et hoĩbus in
tulerint. Ex cõfessione quoqȝ eaꝝ in tortura facta se talia fe
cisse et modũ faciendi tradidisse cõpertum est. ¶ Sigismun
dus At ego nude fame nõ intendo. facile em̃ dictũ sequitur
vulgus nec cõfessione torturali satiabor. cũ metu em̃ tormen
toꝝ quis induciẗ qñqȝ ad fatendũ id qd̕ in reꝝ natura non
est. Uerũ ea que oculis non cõspeximus autoritate tamẽ vel
cõcludenti rõne ꝑcipere desideramus. nam recta disputatio
autoritate et rõne cõcluditur. ¶ Ulricus Profecto experiẽtia
in decidendis causis cõtemptibilis non est cũ experientia di
cat̃ esse reꝝ magistra. vt diciẗ in. c. vbi periculũ de elec. li. vi.
Uñ tritum est apud populares prouerbiũ. experto crede ru
ꝑto. ¶ Sigismũdus Ad ostẽdendũ igit̃ ꝙ lanie maleficeqȝ
mulieres nihil sciant. me istud mouet videlicet. nam si talia
iste maledicte mulieres scirent ⁊ efficere possent nõ esset opũ
principibus tꝑe belli clienticulos militesqȝ conducere qui in
terras hostiũ irruerent agrosqȝ deuastarẽt. incendijs domos
et villas cõcremarẽt. Uerũ satis esset talẽ mulierẽ phitonicã

aduocare eidemqꝫ saluū conductum addicere. et hortari qua tenus super hostiū terras talis mulier grandines fulmina et tempestates ꝓuocaret. ac vt sic hostium terrā periclitare mo liretur. Etem̄ quia videmus qđ ipse talia facere non potest etiam si vellent. Ad faciendūqꝫ etiam si a principibus (quod tamen absit) inducerentur Unde inferendū censeo ipsas talia facere non posse. Preterea ex fide habemus solū deum stel larum et elementorum esse gubernatorem. qui legem pati side ra iubet. et qui (sm Boetium in li. de cōsolatione) ꝑpetua mū dum ratione gubernat. stabilisqꝫ manēs dans cuncta moueri. q̄uo igitur tales mulieres adiutorio demonū illum summū motorem (certa ratione omnia gubernatem) in hmōi suo mo tu impedire. ⁊ in aliū motum dirigere possent. ¶ Conradus Ponderāda quidem est magni principis ratio. Sed nō mi nus ponderandū est illud qđ. Exodi vij. dicitur Nam q̄uis moyses ante faciem pharationis regis egipti multa signa et ꝓdigia fecisset. nihilominus malefici etiam talia similiter effe cerunt. qui incantationibus suis aquam in sanguinem verte runt et ranas super terram ꝓduxerunt. Ecce igitur ex sacra scriptura veteris testameti clarere. qđ malefici adiutorio de monum aquas turbarunt quia eas in sanguinem verterunt: et agros prediaqꝫ ranis confuderunt. Jtem in primo libro iob. c. primo legitur ꝙ dyabolo ꝓcurante ventus vehemens irruit in regione deserti et cōcussit quatuor angulos domus que corruens oppressit liberos iob ⁊ mortui sūt. Ecce ꝙ dia bolus potestate sua aerem ꝓuocauit et pueros oppressit. Di citur etiam eodem li. dyabolū fulmina ignis ꝓuocasse. Dicit eñi textus ignis dei cecidit de celo. et tactas oues puerosqꝫ cō sumpsit. Jtem Johannes. apoca. septimo ait. Post hec vidi angelos stantes suꝑ quatuor angulos terre tenētes quatuor ventos ne flarent in terram. neqꝫ in mari neqꝫ in vllā arborem Et vidi alium angelū descendentem ab ortu solis habentem signum dei viui. et clamauit voce magna quibus datum est nocere terre ⁊ mari dicēs. Nolite nocere terre neqꝫ mari neqꝫ arboribus quousqꝫ signemus seruos dei in frontibus eorum ¶ Sigismūdus. Doctor qui sunt illi quatuor angeli quibus ait iohannes esse datū posse nocere terre mari ⁊ arboribus.

¶Ulricus s₃. dyaboli. ¶Sigismūdus Appellatur ne diabolus angelus. ¶Ulricus. ita nā diabolus ibidem ꝛ alibi sepius angelus dicit̄. qꝛ missus a deo vt etiā ibidē dicit glosa ordinaria. ¶Sigismūdus Forte iohes vidit hec in spū dans nobis sue visionis exempla. ¶Cōradus dignissime princeps nō est opus exemplis dum res ante oculos facta existit vt audistis a maleficis corā pharaone. et a gestis iob Si igit̄ hec facta fore legunt̄. Etiā et nūc fieri posse quis dubitat. ¶Ulricus de illa materia in fine ex post clarius declarabitur. iam cōferamus ad alia.

Capitulum secundum de nocumentis et morbis hominibus et infantibus illatis



¶ Sigismūdus. Quia de corruptione et turbatione elementorum nobis sermo fuit. nō incōpetenter querendū duximus. Utrum etiā hoībus et maxime infantibus morbos inferre. et adiutorio demonum eisdem nocere possint. ¶ Conradus Audiui a plerisqȝ mulieribus qūo pueris in cunabulis iacētibus varie egritudines acciderunt. Nunc quippe illi puero nasus apparuit curuatus. nunc alter oculus erutus. quodqȝ maledicte mulieres qñqȝ cōprehense asserunt in torturaqȝ recognouerūt ob inuidiā parentū pueris talia irrogasse. ¶ Sigismūdus. Audisti ꝙ cōfessionibus talibus ꝑ metū extortis nō satiabor. q̈d igitur aliud rōnis vel autoritatis in mediū adducis. ¶ Cōradus. Jam superius in primo libro iob habuimus ꝙ diabolus filios eiusdē ventū procurādo oppressit. et mortui sūt. Digneris itaqȝ audire beatū augustinū xxi. li. de ciuitate dei. c. xviij. vbi ait. Prorsusqȝ scriptū est graue iugum filios adam a die exitus de ventre matris eorꝫ vsqȝ in diē sepulture. matrem oīm vsqȝ adeo impleri est necesse vt ipsi puuli ꝑ lauacrū regenerationis ab originalis peccati (quo tenebantur) vinculo soluti multa patientes nōnulli incursus malignorꝫ spirituū patiantᷣ. Ecce ꝙ Augustinus sentit pueros incursus demonū pati. ꝛc. Itē beatus Hieronimus ad paulū de dormitione Bresille sic ait. Quid cause est vt sepe binoli et trinoli ac vbera matris sepe lactātes a demonio corrumpuntur et cetera. Ecce igitur sacra scriptura et sanctorꝫ patrū ostensum esse dyabolū habereqꝫ qñqȝ ptātem corrūpendi pueros et infantes eisdemqȝ nocēdi. ¶ Sigismūdus loquuti mō sumus de infantibus. quid igitur in senibus et adultis. ¶ Conradus multos videmus senes claudicantes et cōtractos q̈ asseruerūt ex maleficio illarꝫ maledictarꝫ mulierū illud eis euenisse. ¶ Sigismūdus. Quid āt sentit scriptura. ¶ Cōradus. In legēda sanctorꝫ Symonis et Jude legitur qūo corā rege babilonie. zaroth et arpharat malefici fuerūt cōstituti. qui ipsius regis oratores et Rethores mutos: claudos atqȝ cecos effecerunt. Ac visum et gressum eisdē reddiderūt. Ecce apertū testimoniū ꝙ malefici possunt nocere hoībus etiā senibus. ac eos claudos ac cecos facere. Rursum eosdem sanare. ¶ Sigismundus. Hij namqȝ oratores quibus huius

modi maleficia euenerūt forte fuerunt pagani et in xp̄m nō crediderunt. nec signo crucis fuerunt muniti. ¶ Ulricus prudenter loqueris inclite princeps. qm̄ in eadē legenda canitur. q̄ postq̄ dicti oratores in xp̄m crediderint: et per apostolos signo crucis muniti fuerint. dicti magi eisdem nocere nō poterant. ¶ Cōradus Aye aye qūo igitur dyabolus potuit nocere Job: qui eundē grauissimo vulnere pcussit adeoq̄ ipm lesit vt in fimo iacens vix suspirare poterat. vt legitur in libro iob. et tamen ipse iob erat vir sanctus in voluntate dei ambulans. vt testantur scripture. Item in legēda sancti Anthonij legitur: qūo demones eundem valde grauiter pcusserunt. qui tamen vir sanctus atq̄ deo placidus fuit. Ecce ergo ex his constare demones sup sanctos etiā viros potestatem nocendi habuisse. Si igitur sanctos viros molestare potuerunt: cur etiam non alios de quorum sanctitate nobis non constat nocere possent. ¶ Sigismundus ex his magis atq̄ magis hesitare incipio. quid igitur sentiendum sit audire desidero. ¶ Ulricus. Sine modo ppe finem quid sentiendum sit latius de hoc et de alijs loquamur. ad alia ergo nos cōferamus.

Capitulum tercium.

¶ Sigismūdus. Ex priori dubio oritur aliud. Utrū possent hominē in statu cōiugali existentē inficere et ad coeundum impotentē reddere. ¶ Conradus vidimus multos pulchros viros. qui in coitu nihil aut parū potuerūt. ymmo qui pprias vxores carnaliter cognoscere non potuerunt. asserentes ex maleficio hoc ipsis contigisse. ¶ Sigismundus. Multi multa loquuntur. ¶ Ulricus pfecto canones in hoc cōsentiunt. asserentes per maleficia fieri posse vt hō qui de natura frigidus nō est ad coeundum tn̄ inabilis reddatur. Itaq̄ in decretalibus specialē titulū de frigidis et maleficiatis habemus. Un̄ hysmarus etiā papa in. c. Si p fortiarias xxxiij. q. i. ait. Si p fortiarias atq̄ maleficas artes occulto s; nūq̄ in iusto dei iudicio pmittēte et dyabolo p̄parante cōcubitus nō sequit hortādi st; tales q̄bus ista eueniūt vt corde cōtrito deo

et sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant. rc. Ecce dicit enim textus preparante dyabolo cōcubitus nō sequitur. Et quis pro decisione huius dubij ad credendum satis foret canon quia canonū institutiones ab omnibus debent approbari vt dicitur in. c. i. de consti. Nihilominus tamen hoc idem astruunt doctores. Unde beatus thomas in quarto sup sententijs dist. xxxiiij. ait q ex maleficio potest quis esse impotens ad vnam et non ad aliam. Ita dominus Hostiensis in summa libro quarto. rubrica. xvij. De frigidis et maleficiatis dicit. Aliquādo maleficiantur homines ita q redduntur per sortilegiū impotentes omnibus preterq vni. Aliquādo etiā maleficiantur adeo vt non possent cognoscere vxores suas s; omnes alias. ¶ Sigismundus Animum meū hec mouent quia mira sunt. nam cū coitus a natura nobis detur admirandum certe erit quō dyabolus impedire nature cursum nobis ignorantibus possit. ¶ Ulricus Nam et ego vlricus ad decem et octo annos in curia. Cōstantiensi causarum fui patronus et aduocatus prout hodie sum et huiusmodi causas frigiditatis et maleficij in practica pluries habui. vbi mulieres accusabāt suos maritos de impotentia coeundi. ¶ Sigismūdus Quid igitur decretū fuit in talibus causis. ¶ Ulricus Decreuerūt iudices viros taliter infectos medicis curie huiusmodi. iuratis ostēdere se debere pro examine medicorum faciendo. ¶ Sigismūdus Quid inde. ¶ Ulricus Itaq; plures cōperi p medicos curie iuratos inspectos quos ipsi medici asseruerunt natura non frigidos. sed sortilegio maleficiatos esse. ¶ Sigismūdus Et quid sup huiusmodi medicorum examine finaliter sententiatū extitit. ¶ Ulricus Decreuerūt itaq; iudices ptes ad triennium mutuo cohabitare debere opus carnale huiusmodi attemptando. quodq; largiores in ieiunijs et elemosinis forent vt deus qui institutor est matrimonij huiusmodi maleficium ab eis auferre dignaretur. Uerum quia de huiusmodi articulo opinionem meā in fine cum precedentibus dubijs latius declarare intendo. Interim ad alia dubia te cōuertere (si velis) poteris.

Capitulum quartum. Quarta questio. Sigismundus. vtrum possint facies hominū in alias formas vti bestiales ꝑ mulieres phitonicas mutari.



¶ Ulricus. Quid tibi dignissime princeps videtur. ¶ Sigismundus. ꝙ non. ¶ Ulricus. Quo hoc asseris motiuo. ¶ Sigismūdus. Dicitur eñ in decreto in. c. episcopi. xxvi. q. v. vbi inquit textus. Quisquis ergo credit posse fieri aliquā creaturā aut in melius aut in deterius immutari aut transformari posse in aliquā spēm aut similitudinē nisi ab ipso creatore q̄ oia fecit. hec textus. ¶ Conradus. Canoni namqꝫ aduersari nō intendo. ſꝫ que apud hystoriographos me legisse memini

vir sanctus per maleficas artes fuit immutatus ¶ Sigismū. Forte ꝑ tuo faustinianus adhuc carbecuminus fuit necdū baptizatus a petro. vel deus hoc ideo ꝑmisit vt dolus symonis magi proficeret ad gloriam petri ꝑut factū fuit. ¶ Conradus. Quocūqꝫ modo ꝑmissum extiterit. attamen ex hystoria claret ꝙ facies faustiniani ꝑ maleficū immutata fuerat. Item in hystoria beati petri recitatur. ꝙ cū symon magus ante faciē Neronis imparatoris staret. eius effigies subito mutabatur. vt modo senior modo adolescentior videretur. In eadem quoqꝫ hystoria legitur ꝙ symon magus hircū in speciem hominis. scꝫ suūpsius mutauit. Fertur em̄ symonē dixisse. vt scias optime imperator me filium dei esse iube me decollari. et tercia die resurgam. Precepit ergo nero carnifici vt cū decollaret. qui cum putauit symonem magū decollari decollauit arietem Symon autem arietis membra recolligens se et illa tribus diebus abscondit. tercio vero die ostēdit se neroni dicens. Fac sanguinem meū abstergi qui effusus est. quoniam ecce ego qui decollatus fueram sicut promisi tercia die resurrexi. Nero vero his visis obstupuit. et eum filiū dei esse putauit. ¶ Sigismūdus. Bone doctor. quid tu affers in mediū ¶ Ulricus. Maiorꝝ doctorꝝ testimonia in eam rem conducentia. Dicit em̄ beatus Augustinus. in libro de spiritu et anima. Humana opinio dicit ꝙ quadam arte et potestate demonū homines conuerti possint in lupos et iumenta. et portare queqꝫ necessaria. et post pacta opera iterum ad se redire. nec bestialem mentem in eis fieri. sed rationalem humanāqꝫ seruare. Hoc intelligendū est ꝙ demones quidem naturam non creant. sed solum aliquid tale facere potest vt videatur esse id quod nō est. hec Augustinus. Ecce ergo ꝙ ille solēnis doctor concedit ꝙ aliquit tale facere possunt. ¶ Sigismūdus. Sed subdit ꝙ vt videatur esse id quod non est. ¶ Ulricus. De hoc latius in solutione finali dicemus Insuper Augustinus in libro. xviij de ciuitate dei ait. De ludificationibus demonum quid dicemus nisi de medio babilonis esse fugiendum. quāto em̄ in hec inferiora maiorē potestatē demonū videmus. tanto tenacius mediatori in herendū est. per quē de imis ad summa cōscendimus. Nam cū essemus in italia au

[Manuscript marginal note:] [illegible]

diebamus talia de quadam regione illarum partium. vbi sta
bularias mulieres imbutas his artibus in casco dare solere
dicebāt quibus vellent seu possent viatoribus. vnde in iumē
ta illico vertereūtur. et necessaria queq₃ portarent. et post ꝑfunc
ta opera ad se redirent. nec in eis mentem bestialem fieri. sed
rationalem seruari. hec Augusti. ¶ Sigismūdus. Hic Au
gustinus: loquitur de auditu alieno dicens se a quibusdam
recitatoribus audiuisse. vñ dictū Augustini i hoc nihil cōclu
dit. q₂ testis de auditu alieno loquens nō probat. ¶ Ulricus
sapienter loqueris inclite princeps. attamen audiamus ꝓpin
quiora Uincentius in speculo naturali libro tercio ca. cix. re
fert. cuius verba s₃ hec. Refert Guilhelmus malmesberiēsis
monachus in hystoria sua. ꝙ tpe Petri damiani fuerūt due
vetule in strata publica. quas Augustinus appellat stabulari
as. i. transeuntes ad hospicia pro mercede suscipienda. Nam
stabularium ꝓprie hospitiū venale et publicum dicitur. Hec
vno cōmorantes tugurio. vno quoq₃ imbute maleficio. hos
pitē si quando suꝑueniebat solus. in equū vel suem vel asinū
mutabāt. et mercatoribus vendentes preciū habebant. Qua
dā die iuuenē hystrionibus gestibus victum exigentē hospi
tio susceperunt: susceptumq₃ azinū fecerunt. multū inde lucrā
tes per azinū. sc₃ qui miraculo gestū in admirationē duxit
trāseuntes. nam quocūq₃ mō anus precepisset azinus moue
bat. Non eñ amiserat intellectum s₃ loquelā. et ab eo questū
multū cōflauerant vetule. Audiens hoc vicinus diues illū
azinū emit magno precio. Dictū quoq₃ est ei ab illis vetulis
vt custodirēt eum ne aquā intraret. Seruatusq₃ ē asinus diu
ab aqua. tandē incautiorē nactus custodiā in lacū proximū
se proiecit. et ibi se diu volutās asininā figurā ꝑdidit. ꝓpriam
q₃ recepit. Cumq₃ custos eius sciscitaret ab eodē obuio si asi
nū vidisset ille se azinū fuisse dixit. Famulus āt ad dñm retu
lit. dñs aūt ad Leonē dñm apostolicū virum seculo sanctissi
mū narrauit. Cōuicteq₃ anus idē fatentur. Dubitantē papā
cōfirmauit Petrus damianus eruditissimus producto exem
plo de symone mago. qui faustinianū apparere fecit in figura
symonis. Ecce ergo ꝙ petrus damianus vir et doctor mag
ne autoritatis apud papam cōclusit hoc fieri potuisse. ¶ Si

gismundus. Tantis hystorijs et autoritatibus me impellis vt nesciam quorsum tandem me vertam. ¶ Ulricus. In fine de hoc latius dicemus. iam ad alia transeamus.

Capitulum quintum. Sigis

mundus. Utrum sup baculū vnctum vel lupum equitando ad cōuiuia ꝓficiscantur. ibiq mutuo se cognoscant et letent. Et vtrum dyabolus possit eas deferre de loco ad locum in quo simul cōgregentur et sua cōuiuia preparent.



¶ Ulricus. Audienda est tua questio colēde princeps. ¶ Sigismūdus. Nouimus q diabolus spūs est incorpalis qui nō hʒ manus neq pedes neq alas. qui etiā non cōmensurat lo co. quō igit hoiem qui corpeus est portare pt. ¶ Conradus. Forte spūs ingrediunt aliqua corpa et assumūt sibi talia ad

opus illud qđ facere volūt apta. atq̧ tūc in illis corꝑibus as
sumptis efficiūt id qđ volūt. Nā in sacra scriptura legimus.
Danielis vltimo ꝙ angelus domini aprehendit Abacuc in
vertice capitis eius. et portauit eum in capillo capitis sui et
traduxit eum in babilonem: Ecce q̄uis angeli spiritus sint.
et non habeant manus neq̧ pedes. tunc concludendum est
ꝙ angelus corpus assumpserit quo abacuc tenere et porta
re potuit: Sicut actuū apostoloꝝ viij. legitur quot spiritus
dn̄i rapuit Philippum ⁊ inuentus est in azoto. ¶ Sigismun
dus: Hoc in spiritibus et angelis bonis posset concedi in
quibus maior ē potestas. ¶ Vlricus: ¶ Loquamur ergo de
malis et sic de diabolo. Nam in legenda sancti Jacobi. legiť
ꝙ diabolus hermoginem constrinxit. et ligatis manibus et
pedibus eundem ad sanctum iacobum detulit. ¶ Conradus
Referam autem ego qđ temporibus nostris quibus adhuc
iuuenes et mutuo in scientijs humanitatis constudentes fui
mus accidit. Ante em̄ lapsum multoꝝ annoꝝ vidi ego in iu
dicio ꝓuinciali ciuitatis Cōstantiensis duos mutuo litigan
tes. vbi accusator in forma iuris seni scribens contra quendā
rusticum (quem maleficum asseruit) actionem proposuit. q̄uo
idem rusticus super lupum quendam equitans obuiam ipsi
accusatori venerit. quo obuiante ipse accusator subito cōtrac
tus et membris languidus factus fuerit. Itaq̧ rogāte eo ma
leficum vt sanitatē sibi restituere annuerit. malefico vero ab
eunte rem aliquātulum temporis tacitus cōtinuit: Verum qꝛ
idē rusticus etiā alijs suo maleficio damna intulisse dicebať
vnde tandē accusator eundem publice in forma iudicij accu
sauit. ¶ Sigismundus. Quid ad hm̄oi accusationē rusticus
respondit. ¶ Cōradus. Ille negauit. ¶ Sigismundus. Ad
torturā fuit ne positus. ¶ Conradus. Non Sigismundus.
Q̄uo igitur cōuinci potuit. ¶ Conradus. Per testes. ¶ Si
gismundus: Quid deposuerunt testes. ¶ Cōradus. Ipsum
talia scire facere dixerūt. ¶ Sigismundus. Scire nāq̧ repre
hendi non pōt. cum ẜm Arestotelem oēs hoies naturaliter
scire desiderāt. ¶ Cōradus. subiunxerūt namq̧ testes eundē
rusticū non solū talia facere sciuisse sed etiā fecisse. ¶ Sigis
mundus. Quā namq̧ causam dicti allegarūt testes. ¶ Cōra

dus. Asseruerūt per eorundem iuramēta publice prestita q
ipse rusticus maleficus etiam ipsos testes in corpore et rebus
damnificauerit. ¶ Sigismūdus. Datus ne fuerat ipsi accusa
to orator ad defendendū. ¶ Ulricus At ego tali iudicio affui.
et illud cū grauitate et maturitate fieri vidi. ipsas etiam ptes
duos magne eloquentie viros prelocutores habuisse memini
¶ Sigismūdus. Qui namq fuerunt hi. ¶ Ulricus. Conra
dū quondā scbatz ptem nostre disputationis. vlricū ac quon
dam blareth nostre ciuitatis pretores viros memoratos dig
nos p oratoribus habuerūt. ¶ Sigismūdus. Noui illos et
prudentes censui. ¶ Cōradus Ordinario itaq iudicio ex dic
tis testiū ipsum accusatum cōuictum cōdemnari: condemna
tumq concremari vidi. ¶ Sigismūdus: Questio ista aliam
pticulam cōtinet. videlicet vtꝝ huiusmodi mulieres qñq con
ueniant. mutuoq confabulentur et simul bibant et comedant
et seinuicē cognoscant. ¶ Cōradus. Sic fieri solere vulgus
clamat. ipseq mulieres in tortura posite talia fatent. ¶ Sigis
mūdus. None ait canon xxvi. q. v. c. episcopi. Illud etiā non
omittendū est. q quedā mulieres scelerate retro post sathanā
conuerse demonū illusionibus et fantasmatibus seducte cre
dunt et pfitentur se nocturnis horis cū dyana dea paganoꝝ
et cum herodiade et innumera multitudine mulieꝝ equitare
sup quasdam bestias. ⁊ multa terraꝝ spacia intempestiue noc
tis silentio ptransire: eiusq iussionibus obedire veluti dn̄e. et
certis noctibus ad eius seruiciū euocari. Sed vtinā he sole
in perfidia perijssent. et non multas secum ad infidelitatis in
teritum puocassent. Nam innumera multitudo hominū hac
falsa opinione decepta vera hec esse credit. et credendo a rec
ta fide deuiat et errore paganoꝝ inuoluitur. ¶ Conradus.
Si igitur iuxta verba canonis opinione decipiūtur. vnde
igitur prouenit q huiusmodi mulieres alterius ciuitatis ho
mines noscunt quos etiam conuiuio earum interesse asserūt
et iudicia cognitionis sue ostendunt. quos tantū prius nun
q̄z viderunt, neq in huiusmodi ciuitatibus cum talibus pri
us conuersate fuerūt. ¶ Ulricus. Hanc instantiam etsi vrge
ri videatur. tantum prope finem huius tractatus exemplo
sancti Germani soluemus. Jam alia assumamus.

Capitulū sextum. Sigismū dus. Insup querendū duxi. Utrū dyabolus in forma hoīs apparere ⁊ cū hmōi mulieribus incubādo possit cōmisceri.



¶ Conradus. Nemo dubitat quin dyabolus in forma hominis apparere possit. Nam in legenda sancti Martini legitur ꝙ cū martinus mediolanū preterisset: dyabolus in forma humana sibi obuius fuit. Sic in legēda sancti Antonij legitur ꝙ dyabolus in specie nigri pueri apparuit. Item in legenda sancti Eulogij legitur ꝙ dyabolus in specie pulchre mulieris eundem apud fabricam suā alloquebat. De saluatore quoqꝫ nostro. Mathei. iiij. legitur ꝙ assumpsit eum dyabolus. et statuit eum sup pinnaculū templi. ⁊c. Unde in hanc ptem assentio. ꝙ dyabolus in spē humana possit cū homini

bus apparere.et cum eis cõuersari. Legitur eñi q̃ Plato de-
mone domestico quasi famulo vsus sit. ¶Sigismũdus. Et
quid de alia pte questionis. videlicet an demones possint cũ
talibus mulieribus dormire et coire cũ eisdem. ¶Cõradus.
Hoc nãq̃ mulieres confitentur q̃ incubo cõmisceantur. et
quasi ab amatoribus ab eis tractentur. ¶Sigismũdus Ua
na opinio mulierũ multa gerrulat que vera fore putat: Con
radus Profecto quoq̃ pseuerant in huiusmodi eaꝝ cõfessione
etiã cum ad mortem ducuntur. Uerũtamen audiamus gesta
alioꝝ magis autorizabilia. Legiť eñi in hystoria sancti Ber
nardi. qđ quidam demon siue incubus pluribus annis cum
quadam muliere dormiuit. etiã marito mulieris in eodem lec
to condormiente. attamen hoc nephas ignorãte. Itaq̃ tan
dem mulier penitentia ducta volẽs deinceps licentiare et ex
pellere incubũ suum: sed non potuit. quare beato Bernardo
cõquesta fuit. qui ipsum demonem ardentibus candelis excõ
municauit. Ac sic eandẽ mulierem ab incubo liberauit. Item
beatus Augustinus in. xv. libro de ciui. dei ait. Creberrima
fama est multiq̃ expti sunt. vel ab illis qui expertos se audisse
affirmant. siluanos atq̃ faunos quos vulgo incubos vocãt
improbos sepe mulieribus extitisse. et eaꝝ appetisse. et pegisse
cõcubitum. Item in hystoria Arcturi regis britannie sepe le
guntur huiusmodi accidisse. ¶Sigismundus Quid igitur
respondetur ad autoritatem Cassiani qui ait. Nullo ergo mo
do credendũ est spirituales naturas cũ feminis carnaliter co
ire posse. Nã si hoc aliquando posset fieri. quõ nunc vel nũq̃
vel raro videremus aliquos ex eorũ cõcubitu de mulieribus
absq̃ viri semine nasci. cũ presertim constet eas libidinis sor
dibus admodũ delectari. quas pculdubio p semetipsas po
tius q̃ p hoĩes exercere mallent. si illud vllo mõ efficere pos
sent: hec ille. ¶Ulricus. Hec autoritas inducit nos ad aliã
questionẽ. ideo eam pponas si placet colendissime princeps.

Capitulũ septimum. Sigis

mundus. Utrum ex coitu demonũ cum mulieribus patrato
possit nasci puer. ¶Conradus. Tritũ est sermone prouerbiũ
ex hmõi cõcubitu filios natos esse. quas vulgus abiectos no

minat. qui etiã almanico ydeomate wesselbach appellantur. Unde fabulatur de quadam. Melusina incuba. que cuidam comiti adhesisse dicit. pluresq filios ex ea natos fuisse. at vnũ quemq hmõi filioꝝ aliqđ prodigium in membris habuisse. Illum namq tres oculos. alium dentes aprinos cõtraxisse fama est. ¶ Sigismundus. Fabula hec ab incerto autore orta fidem non facit. ¶ Conradus. Apud Vincentiũ in speculo hystoriali libro. xxi. c. xxx. narratur q wortigernus rex cõ silio inito cum sapientibus q̃d agere deberet ad sui tutamen cõsilio aũt capto iussit cõueniri artifices vt ei turrim fortissimam construerent. Sed cum opera eoꝝ tellus absorberet. suasum est regi vt hominẽ sine patre quereret: et eius sanguine lapides et cementũ aspergi preciperet. quasi hoc facto cementũ stare potuisset. Inuentus est igitur adolescẽs cui nomen erat Merlinus. qui cũ matre sua coram rege adductus est. que professa est de spiritu in specie hominis illũ cõcepisse. Merlinus aũt multa obscura reuelauit et multa predixit futura. Aperuit eñ sub fundamento esse lacũ. et in lacu duos latere dracones. quoꝝ vnus rubens populũ britonũ. alter vero albus populũ saxonum designaret. et quis in cõflictu alterũ vinceret predixit. et Aureliũ ambrosium deuicto Hengisto et cõbusto wortigerno regno regnaturum. Ex illa eñ hystoria habes merlinũ ab incubo dyabolo genitũ. Et de illo merlino beatus Augusti. et ceteri doctores faciũt mentionẽ. ¶ Sigismũdus. Quid igit doctores sentiunt de merlino ¶ Ulricus. Prope finem tractatus latius de hoc explicabimus. Nũc de pticula incuboꝝ amplius ꝑgrediamur. Glosa ordinaria sup sexto capitulo Geñ. i. vbi textus ait. Gigantes aũt erant sup terrã in diebus illis. postq eñ ingressi sꝫ filij dei ad filias hoim. illeq genuerunt filios. Isti sꝫ potentes a seculo et viri famosi. hec textus. Glosa aũt desup ait. Non est incredibile ab hominibus q ab angelis vel a quibusdam demonibus qui mulieribus sꝫ improbi eiusmodi hoies sunt procreati. qui post diluuiũ corpora non solum virorum sed etiam mulierum incredibili magnitudine extiterunt. hec glosa. ¶ Sigismundus. Mirabilis foret hec glosa si hoc esset verum q angelus vel dyabolus posset procreare filios.

¶ Ulricus Josephus iudeoꝝ nobilis princeps vir vtiqꝫ mul
taꝝ rerum disertus. quē etiā Hieronimus laudibus effert.
hoc idem sup illum passum scribens asserit illos ex cōcubitu
spirituū inmundoꝝ cum mulieribus patrato natos fuisse.
¶ Cōradus. Adducam etenī ꝓpinquiores hystorias: Grāfri
dus anthisiodorus scribit prout eundē. Uincentius in specu
lo naturali libro tercio recitat dicens. qūo quidam decanus
sacerdotū cum sorore ducis burgundie regi cecilie Rogerio
desponsata aliquādiu regnū inhabitasset. ibi certissime cōpe
rit. ꝙ narrabat quidā iuuenis strenuus et notandi arte peri
tus circa crepusculum noctis lucente luna in mari balneans
mulierē post se natantem p crines apprehendit. tanqꝫ vnū ex
socijs qui cū vellet mergere. eamqꝫ alloquēs nullum verbum
extorquere potuit. opertamqꝫ pallio in domū eam duxit. et
tandē in vxorem solēniter accepit. Increpatus aliqñ a socio
quodam ꝙ fantasma accepisset. expauescens eripuit gladiū
minatus est in cōspectu eiusdem mulieris filiū quē ex ea susce
perat volēs interficere nisi illa loqueretur et diceret vñ esset.
Que inquit. ve tibi misero vtilē perdis vxorē dum me cogis
effari. Tecū essem. et tibi bene foret si iniunctū mihi silentiū
pmisisses. nunc aūt deinceps me nō videbis: et mox euanuit.
Puer autē creuit et marinū balneū frequētare cepit. tandem
vna dierū fantastica illa mulier corā multis eundē puerū in
eisdem fluctibus occurrentem rapuit. qui si verus hō fuisset
mare ad littus expellerere debuisset. ¶ Sigismundus. Fuit
igitur ne talis puer verus vel fantasticus. ¶ Conradus. Ex
historia deprehenditur ꝙ talis puer comedit bibit et ambula
bat. et multis annis educatus fuit. ¶ Ulricus. Pro quo iste
puer et Merlinus habiti fuerint ꝓ ſfinē enudabimus. nunc
interim ad alias huiusce rei hystorias pgamus. ¶ Sigismū
Perge igitur. ¶ Conradus. Helimandus quarto libro (quē
Uincentius recitat) pariter narrat. cuius ꝟba sꝫ hec. In co
loniensi dyocesi famosum et inmane palaciū in littore rheni
fluminis supeminet qd iuuamen nuncupatur. vbi pluribus
olim congregatis principibus improuise aduenit nauicula.
quā collo alligatā cygnus trahebat argentea cathena. Exin
de miles nouus et incognitus oībus exilijt. et cygnus nauē

reduxit. Miles postea vxorem duxit et liberos procreauit. Tandem in eodem palacio residens et cygnū videns aduen tantē cum eadem nauicula et cathena statim in nauem se re cepit et de cetero non cōparuit. progenies aūt vsqꝫ hodie pse uerat. hec Helimandus. ¶ Sigismundus. q̄uis huiusmodi hystoriaꝝ autores graues sint. graue tamen non minus est credere talia facta fuisse. et si facta quō talia intelligenda sint. Etem̄ quia dicis te in fine huiusmodi dubia pro tua capaci tate resoluturum. ideo ad alia transeo.

Capitulū octauū.

Sigismū dus. Utrū strige et malefice possint futura predicere et secre ta principum cōsilia reuelare. ¶ Conradus. Audiuimus ꝙ merlinus multa futura predixit que etiā facta sꝫ. vt ex hysto rijs deprehendimus. Itē nōne Balaam ariolus vt testatur scriptura multa futura predixit. Item nōne dyabolus in spē Samuelis ad prouocationē phitonice predixit saul et oēm eius familiā in bello casurum. quod ita factū est. vt patet Re gum primo. Cecidit em̄ saul et ionathas filius eius et fami lia sua in bello et mortui sꝫ. ¶ Sigismundus. nōne futuroꝝ cognitor solus est deus. secretorumqꝫ inspector qui est prima causa et primus motor oīm. ¶ Ulricus. Est nāqꝫ. sed nihilo minus tamē dyabolus futura predicere pōt. videmus em̄ ꝙ medici et astrologi et alij sapientes hoīes sepe futura pnosti cāt. ¶ Sigismūdus. q̄uis futura predicūt, non tā est necesse vt ita eueniāt. ¶ Ulricus. Recte arguis colēdissime princeps. qꝛ oīa sunt in potestate dei cuius nemo est cōsiliarius nisi ip se sibijpsi. ¶ Sigismūdus. Uellem tamen libenter scire quō dyabolus future predicere potest. ¶ Ulricus. Audi ꝟba Au gustini in decreto posita in .c. sciendum. xxvi. q. iiij. vbi ait. Sciendum hanc esse naturā demonū vt aerei corporis sen sus terrenoꝝ corporum sensum facile precedant celeritate. et ꝓpter aerei corporis superiorē mobilitatē nō solū cursus quo rumlibet hoīm vel feraꝝ. verumetiā volatus auiū incōpara biliter. vincūt. q̄bus duabus rebus quātum ad aereū corpus attinet p̄dici. hoc ē acrimonia sensus et celeritate motus mul ta aū cogitate pnunciant. que hoīes pre sensus terreni tardi

tate mirant̄. Accidit et demonibus ꝑ tā longū tp̄s quo eoꝝ
vita ꝓtendit rerū lōge maior experientia q̄ȝ p̄t hoībus ꝓpter
vite breuitatē accidere. Et ꝑ has efficacias(quas natura cor
poris aerei sortita est(non solum futura predicunt. verumeti
am multa faciūt. que q̄m homines dicere aut facere non pn̄t.
eos dignos q̇ eis seruiant et dignos honores deferant arbi
trant̄. instigante maxime vicio curiositatis ꝓpter amorē felici
tatis false atq̄ȝ terrene. Nunc quia de diuinatione demonum
questio est primo sciendū est. q̄ȝ ipsi plerūq̄ȝ ea prenunciant
que ipsi facturi sunt. Accipiūt em̄ sepe potestatem morbos
immittere. et ipsum aerem viciando morbidū reddere. et per
uersis et amatoribus terrenoꝝ malefacta suadere. de quoꝝ
moribus certi sunt q̄ȝ eis talia suadentibus cōsensuri st̄ȝ. sua
dentibus miris et inuisibilibus modis ꝑ illam subtilitatem
corpora hominum non sentientium penetrando. et se cogita
tionibus eoꝝ per quedam ymaginaria iussa miscendo siue vi
gilantium siue dormientium. Aliquādo autem ipsi faciunt il
la que scilicet naturalibus signis futura prenoscūt. et qua in
hominum mentes venire. non potest ante predicunt: neq̄ȝ
em̄ q̄r preuidet medicus quod preuidure nescit huius artis
ignarus. ideo diuinus habendus est. Quid ante mirū. si quē
admodū illa corꝑis humani ꝑturbata vel mortificata tempe
rie seu bonas seu malas futuras preuidet valitudines. sic de
mones in aeris infectiōe sibi notas. nobis āt incognitas fu
turas preuidēt tempestates. Aliqn̄ etiā hoīm dispositiones
non solū voce ꝓlatas. verūetiā cogitatōe cū signis quedā ex
aīo exprimuntur in corꝑe. quare etiā multa futura predicunt
aliȷs videlicet mira q̇ ista disposita ignorarūt. hec Augusti.
¶ Sigismundus. Est ne igitur ipsis credendū. ¶ Ulricus.
Prorsus nō. ¶ Sigismundus. Quare. ¶ Ulricus. Q̄m ipsi
etiā demones qn̄q̄ȝ fallant̄. et sic etiā fallūt et decipiūt hoīes.
¶ Sigismūdus. Da exemplū. ¶ Ulricus. Legit̄ in legenda
scōꝝ symonis et iude. q̄ȝ cū wardach princeps regis babilo
nioꝝ aduersus regē indoꝝ bello certare vellet magos et ario
los cōsuluit. vt suꝑ euentū belli responsa a diȷs reciperēt ⁊ de
mones rn̄derūt grādē bellū futurū fore. et ex vtraq̄ȝ ꝑte inter
fici ꝑliantes. qd̄ audiēs dux doluit valde. Apl̄is aūt symoni

et iude ridentibus ait. me timor inuasit vos autem ridetis. Dicunt apostoli cesset timor nobiscum pax intrauit prouinci am istam. cras enim hora tercia venient quos premisisti cum legatis indorum: qui pace vestra gratanter accepta pactum firmissimum tecum facient. Similiter modo arioli riserunt dicentes duci. Noli domine hominibus illis credere men dacibus aduenis et ignotis. qui ideo aliqua loquuntur ne exploratores teneantur. Isti dij qui nunquam fallunt dederunt tibi responsum vt cautus et sollicitus sis. Quid multa. crasti no die venerunt nuncij qui missi fuerant et nunciauerūt ita esse sicut apostoli dixerūt. Ecce quod demones falsi extiterunt. et mendacia predixerunt. et proculdubio ipsi demones si po tuissent et sciuissent libenter vera responsa dedissent. cū illud mendacium eisdem demonibus in preiudiciū tetendit. Sed quia futura ignorabant. ideo seipsos fefellerunt. Sic itaque ha bes quod etiam ipsi demones ment falluntur. Sed istud notan dum est quod cum ipsi demones dubitant de euentu eorum que predicunt. quid igitur faciunt cū dubitant. Ait Augustinus in dicto capitulo sciendum. Sed ne inquit apud cultores suos pondus autoritatis omittant id agūt vt interpretibus suis signorum suorum coniectoribus culpa tribuatur quando ipsi de cepti fuerint vel mentiti. hec Augustinus ¶ Sigismundus: Pone exemplum: ¶ Ulricus. Legitur de quodam principe qui aduersus romanos pugnare volens deos suos. i. demo nes et ariolos super victoria cōsuluit. qui euentū belli igno rantes. vt tamen aliquid responderent ne futura ignorare arbi trentur dixerunt. Rhomanos te vincere certum habe. Po test autem ille accidens te varijs modis construi. ita quod si ip se dux romanos vicisset consonū remissioni fuisset. Si vero a rhomanis victus fuisset. remissioni demonū imputari non potuisset. Unde igitur ambigua obscuritate responsa dari so lent. Item sepe pro sua eorum voluntate fallunt et mendacia di cunt. quoniam pleni sunt inuidia. et gaudent dum hoīes in errorem mittunt et decipiunt. Unde periculosum est eisdem credere. quoniam nescit hō quando ipse fallitur. Sic igitur clementissime princeps habes quōo ipsi secreta scire et futura predicere pūt. et quod fides eorum dictis adhibenda non est, quia in eis non est veritas.

Capitulū nonum. Sigismūdus Satis iam dubiorꝫ nostrorꝫ occasione vos hinccinde allegantes audiuimus. nunc nostri ꝓpositi mens finem determinationis appetit. q̄d igit̄ sentias placet vt detegas ¶ Ulricus. Que igitur dubia resolui cupis. ¶ Sigismundus. Utrū demones possunt ꝓuocari grandines ꝛ fulmina et tonitrua.



¶ Ulricus. Dico q̄ non possunt. nisi quando et quibus ac in quantulū a deo ex causa maiestatem suam mouente eisdem conceditur. ¶ Sigismūdus. Super quo fundas hanc conclusionem. ¶ Ulricus. Super prius deductus. Insup Johānes damascenus libro secūdo ait. Non habent demones virtutes aduersus aliquem nisi a deo dispensante concedat. sicut in Job patuit. et etiam in porcis quos diuina ꝑmissione sub

merserūt in mari. vt patet in euangelio. Etiā habent potesta tem transformandi seu transfigurandi se in quācunq; volunt figurā ſm ymaginē. id est ſm fantasiam. Item Gregorius in dyalogo libro tercio ait. Absq; omnipotentis dei cōcessione nullā habēt potestatē cōtra hominē malignus spūs. qui etiā in porcos transire nō potuit nisi pmissus. ¶ Sigismundus. Quid est hoc dicere: in porcos trāsire nō potuit. ¶ Ulricus. In euāgelio legitur. q cum xp̄s demoniacū curasset. et legio nē demonū ab eo eiecisset. petierunt demones licentiam a domino vt porcos ingredi possent. qua habita porcos intraue rūt. qui impetu facto in mari se precipitauerūt. ꝛc. Ecce q demones nō audebāt porcos intrare et eos molestare nisi prius a deo obtenta licentia. ¶ Sigismūdus. Cognosco itaq; vt cū eisdem a deo pmissum fuerit. q extunc nocere possunt. ¶ Ulricus: Recte cognoscis. vnde ait Hieronimus sup psalmū. xxxiiij. Itaq; de quibusdā in psalmo dicit. Fiat angelus dn̄i psequens eos. id est diabolus seu spūs malignus. q2 dn̄s creauit illū et ipm habet in sua potestate. Ecce ex hoc habes q sepe deus cōcedit dyabolo vt psequatur hoīes. Item beatus Augustinus de diuinatione demonū ait. Accipiunt aūt sepe potestatē et morbos immittere et aerē viciando morbi dum reddere. et puersus malefacta suadere. quia beatus Augustinus in libro de trinitate tercio dicit. Ex ineffabili aūt dei potentatu fit q possent mali angeli si pmitterent. ideo vero non possunt. q2 non pmittuntur. ¶ Sigismundus. Cum aūt demonibus talia facere a deo pmittatur. possuntne tunc pro eoꝝ libito nocere quātum volunt. ¶ Ulricus. Non nisi tantū quātum eis facere pmittitur. Et ideo Augustinus in eodē loco in tercio libro de trinitate ait. ideo non pn̄t q2 nō pmittuntur. Subiungit etiā dicens. Neq; em̄ alia occurrit ratio cur magi nō potuerunt facere cinephes qui ranas serpentesq; fecerunt. nisi q2 maior aderat prohibentis dei dominatio p spiritūsanctum. qd etiam magi cōfessi sunt dicentes. Digitus dei est hic. ꝛc. prout Exodi. viij. capitulo dicit: vnde Johannes chrisostomus sup Matheum libro primo ait. Homines āt non quātum vult temptat dyabolus. qm̄ quātum ad se nūq; cessaret a temptatione. Neq; em̄ habet aliū

actum non em̄ manducat neq̃ dormit. nec aliud operat̃ nisi q̃ temptet fallat et subuertat. hic cibus illius ē. Ecce ergo q̃ Johes chrisostomus dicit. Non quantum vult temptat. &c. Et in scd̃o libro sententiaꝝ dis. vij. Petrus lombardus ait. Demonum aũt scia ac virtute exercent̃ etiã artes magice. quibus tñ tam potestas q̃z scia a deo data est. vel ad fallendũ fallaces sicut egyptios et etiã in ipsos magos data est: vt eoꝝdem spirituũ opatione viderentur admirãda a quibus erãt damnandi. vel ad mouendũ fideles ne tale q̃d facere ꝑ magno desiderent. vel ad exercendũ seu probandũ iustoꝝ pacientiã. Nec putandũ est demonibus hãc rerũ visibiliũ materiã ad nutum seruire. s; deo potius a quo hec potestas datur.

¶ Sigismũdus. Nũc si possibile foret deducere cuperē libenter scire qñ deus gloriosus demonibus cõcedat et ꝑmittat nocere terre et hoĩbus. ac subuertere aerē in aquas. &c. ¶ Ulricus Grauis est hec questio. quis em̄ nouit sensum dñi et q̃s cõsiliarius eius fuit. vnde exclamat apostolus Paulus ad romanos. xi. O altitudo diuiciarum sapientie et scie dei. q̃z incõprehensibilia st; iudicia dei et inuestigabiles vie eius q̃s em̄ cognouit sensum dñi aut quis cõsiliarius eius fuit. aut quis prior dedit illi et retribuetur ei. ¶ Sigismundus. Et si archana dei inuestigare nõ liceat loquamur tamen quãtum nobis ab alto de gratia dei cõceditur. ¶ Ulricus. Dico itaq̃z q̃ sepenumero aeris ꝑturbationē tempestates tonitrua et alia absq̃z ministerio demonũ posse fieri ex dispositione naturali planetarumq̃z motu diuina bonitate astra cursus suos agere ꝑmittente. et de illis causis satis tractant philosophi, prout Arestoteles in libris metheoroꝝ scribit. ¶ Sigismundus. De hoc nõ est dubiũ quin naturali motu talia fieri possint, sed questio est qñ cõcedatur dyabolo hec faciendi potestas. ¶ Ulricus. Misericordissimus dominus deus omnipotēs qui sua pijssima prouidentia ac sapientia ad vtilitatem hominum atq̃z salutem singula regit et disponit cuncta suauiter quandoq̃z talia fieri permittit in penam ꝓpter correctionem peccatoꝝ. quãdoq̃z in temptationē ꝓpter augmentationē meritoꝝ, quãdoq̃z vero in prodigium future gratiaꝝ actionis. ¶ Sigismũdus. Ex quo deus qñq̃z talia fieri ꝑmittit ꝓpter

correctionē peccatoꝝ. Ex hoc iam mihi occurrit questio quo modo vel qualiter deus corrigat vel puniat peccata hominū ¶ Ulricus. Quādoqȝ scienter qn̄qȝ ignoranter. ¶ Sigismū dus Quō scienter. ¶ Ulricus. Ut cū homines puniunť manifeste. scienter aspiciunt ꝓpter delicta se punitos fuisse. Sic congnouerūt homines in zodome et gomorre subuersione se ob peccata eorum punitos fuisse. sic etiam cunctis videntibus abyron et datā terra absorbuit. ¶ Sigismūdus. Sed quomodo ignoranter. ¶ Ulricus. Hic punctus respicit presentem materiā: ignoranter itaqȝ qn̄qȝ deus punit. peccatum per angelū. quādoqȝ per hominem qn̄qȝ per diabolū. ¶ Sigismundus Prebe exemplū vbi per angelum correxerit. ¶ Ulricus. Dicitur eñ Isaye. xxxviij. ¶ Cū senacherib venissȝ ad obsidendū iberusalem. egressus est angelus domini et percussit in castris eius centum et octuagintaquinqȝ milia virorū Ecce itaqȝ q deus p angelum suum puniuit superbiam assyrioꝝ tot milia eoruudem occidendo Sic etiā duriciem pharaonis et egyptioꝝ puniuit. per angelū omnia primogenita egypti interficiendo. ¶ Sigismundus. Quō aūt punit p homines. ¶ Ulricus. Exempla plura habes in. c. remittuntur. xxiij. q. v. in ꝟsi. hinc notandū. Itaqȝ populus hebreoꝝ per Nabuchodonosor. Item p Anthiochum. Item p Tytū et Uespasianū punitus est. ꝛc. Dicit eñ ibi textus. Assur. i. sennacherib erat virga furoris dñi. qꝛ p eū innumeras gentes diuina iusticia flagellare disposuit. Sic Attila rex hunoꝝ flagellū dei sese nominauit. Itē subiungit textus. Ipse vero assur nō cognouit qꝛ in superbiā elatus victoriā quā assecutus fuerat non diuine potentieȝ suis viribus attribuit. Uñ cōtra eius supbiam loquitur dn̄s. Nunqd gloriabiť serra cōtra eū qui secat. aut exaltabiť securis cōtra eū qui cedit in ea. Hec textus in dicto canone remittunť. ¶ Sigismū. Nunc ad terciā spēm. scȝ quō deus p dyabolum punit. ¶ Ulricus. Et hec ad materiam facit. Audiuimus eñ supra in psalmo ꝓphetam dicentem. Fiat angelus dñi. i. dyabolus psequens eos. ꝛc. cum alijs enumeratis autoritatibus. Et ita affligitur qn̄qȝ peccator in corpe. qn̄qȝ in rebus: In corpore videmus torqueri enarguminos demoniacos et obsessos. Sic etiā vi

demus ꝓpter peccata multas infirmitates hoies cōtrahere Et ideo dicit textus in.c. cū infirmitas de pe.et re.vbi ait. Cum infirmitas corporalis nōnunꝗ̄ ex peccato proueniat dicente dn̄o ad languidum quē sanauerat. Uade et noli am plius peccare ne deterius aliquid cōtingat. Presenti decre to statuimus et precipimus medicis corpoꝝ.vt cū eos ad in firmos vocari cōtigerit.ipsos ante omnia moueant et indu cant vt medicos animarū aduocent.vt postꝗ̄ fuerit homini de spirituali remedio prouisum ad corporalis medicine reme dium salubrius ꝓcedant. cū cessante cā cesset et effectus.ꝛc. hec textus. Exemplū habes de nabuchodonozor rege babi lonioꝝ.qui ꝓpter peccatū superbie sue tantis calamitatibus mentis et corpis affectus fuit vt instar quadrupedis incede ret bouem se fore arbitratus gramina comedisse dicitur.ꝛc. Unde succedit textus in c. Si p sortiarias.xxvij.q.i.vbi ait textus. Si p sortiarias atq̄ maleficas artes occulto.sed nūꝗ̄ iniusto dei iudicio pmittente et dyabolo pparante concu bitus nō sequitur ꝛc. Ecce canonē determinare ꝙ occulto dei iudicio procurāte dyabolo homo maleficiari pt. Et sic habes ꝙ deus in ferendis penis vtiẗ dyabolo pro ministro.

¶ Sigismūdus Quomodo igiẗ malefice mulieres asserunt et credūt seipsas talia facere.videlicet turbare aerem.ꝓcurare tempestates.morbos inferre hoibus. ¶ Ulricus. Ipse dum taxat pro earūdem stulticia se talia facere credunt.et tamen sua credulitate decipiūtur. ¶ Sigismūdus Quō nam. ¶ Ul ricus. Nā cum dyabolus ex motu elementoꝝ et planetarum cognoscat mutationē aeris et tempestatē fieri debere.quas tantū ipse dyabolus vt supra diximus facilius et .citius ꝗ̄ homo prescire poterit. Uel cū diuina pmissione aliqua pla ga et peccatoꝝ correctio sup terrā aliquam iusto dei iudicio cadere debet.cuius quidē plage et correctionis ipse executor a diuina ꝓuidentia deputaẗ.ita vt huiusmodi plagā prenoscit futuram. Et ex tunc cōmouet mentes hmōi maleficarum mu lierum aliqñ eisdem psuadendo.aliquando ob inuidiam quā tales scelerate mulieres aduersus proximū gerunt in vindic tam mouendo easdem sollicitat.quasi ipsas mulieres doceat hmōi tempestates et aeris turbationes prouocare. ¶ Sigis

mundus. Quid faciendū igitur easdem docet. aut quomodo ipsas instruit vt ipse mulieres huiusmodi incōmoditates seu damna prouocēt et suo maleficio pficiant. ¶ Ulricus. Consulit et docet eas aliquid stultū et fatuum facere et quot ad hmōi factū nihil pertinet. ¶ Sigismūdus. Si stultum quid igitur eas doceat. vñ namq3 prouenit q͛ postq3 mulieres huiusmodi documēta sequūtur pro earundē volūtate tales tempestates succedunt et eueniūt. ¶ Ulricus. Ecce cū dyabolus preuideat vel ex cursu nature et elementoꝝ. vel ex pmissione. diuina super aliquam terrā plagam infigere debere: sibiq3 potestatem faciendi cōcessam esse. et sic huiusmodi euentū alias futurum fore nihilominus tamen vt mulieres hmōi scellerate credant se ex doctrina dyaboli talia efficere. dyabolus instruit easdem vt quandoq3 accipiāt lapides silicis et versus occidētem post tergū proijciant. aliquando vt arenam aque torrentis in aerem piciant. aliqñ q͛ in aliqua olla pilos porcoꝝ bulliant. aliquando q͛ trabes vel ligna in ripas trāsuersaliter collocent. et sic de alijs fatuitatibus. et tñ talibus faciēdis cōmuniter dyabolus prefigit eis diem et horā. vnde fatue hmōi mulieres dyaboli doctrine credentes talia et his similia faciūt. Itaq3 postq3 ipse talia fecerūt. at succedētibus tempestatibus grādinibus et alijs incōmoditatibus quas dyabolus alias ī tali tpe nouit (vt premissum est) profuturas. extunc credūt ille scelerate fatue mulieres euentus hmōi ex facto earum processisse, cū tamen talia eaꝝ facta non possint vnicam guttam aque prouocare. Uerum expost ipse huiusmodi mulieres gratificantur diabolo adorantes eum immolantes ei ac holocaustomata vel quid aliud eidē offerentes. Nam quis tā hebes mentis est qui credere posset q͛ ex hmōi fatuitate et mulierū stulta operatione vna tā immensa spera aeris et alia elemēta deberent cōmoueri intantū vt grandines tonitrua et fulmina puocarent. ¶ Sigismūdus. Sed quid ad hoc dicis. videmus namq3 vnā totam terram sepe periclitari in qua nō omnes homines deliquerunt. ¶ Ulricus. Sepe iustus perit cum impio. Sic etiam quis punitur pro alio. Nam Genesis. xix. legitur: quod dum sodoma et gomorra propter peccatum submerse fuerunt, certe pariter alie ciuitates cum eis

perierūt propter viciuitatem. vt Segor et Jegor. et tñ hec ciuitates non peccauerunt. Sic in scdo libro regū videmus dum Dauid corā domino populū numerando peccasset: q̄ propter peccatū dauid (et sic vnius hominis) multitudo hominum. et p consequens multa milia hominū perierunt et mortui sunt. Cum aūt legimus deū tam innumeram multitudinem hominum percussisse propter peccatum dumtaxat vnius hominis. sc3 propter numerationem filioꝝ israel. quomodo igitur puniet deus populum propter grauiora peccata. vt puta ꝑpter hereses et blaphemias: Cum aūt tales mulieres vt ait textus in. c. episcopo ait. xxvi. q. v. deū abnegent et se sathane tradant dyabolum adorantes et sacrificia ipsi offerentes quis dubitat quin vna tota villa in qua tales scelerate mulieres degūt et tolerātur infelicior esse et hmōi ruinā et diuine maiestatis vltione timere habeat. ¶ Sigismūdus: Videmus itaq3 determinationem duarum causaꝝ quibus dyabolus nouit futuras tempestates. videlicet causam motus astroꝝ et dispositionis naturalis elementoꝝ et alteram cām diuine vltionis seu correctionis peccatoꝝ. Quid igitur erit. cum huiusmodi nocumēta probis et iustis hominibus etiā euenerint. ¶ Ulricus Posuimus supius etiā alias vias diuine permissionis. videlicet q̄ quandoq3 in temptationem iustorum ob augmentandū meritum ꝑmittit deus. ¶ Sigismūdus Ostēdas hoc. ¶ Ulricus. Nōne Job iustus et laudans deum erat. et tamen temptauit eum dominus in bonis agris armentis gregibus et filijs et expost in corpore dando temptandi potestatem dyabolo. qui etiam eum grauissimo vlcere percussit. Et quia in his omnibus repertus est iob patiens et humilis. vnde apud deum meruit. Nonne etiā beatus Anthonius heremita vir sanctus et religiosus et deo amabilis a diabolo sepe temptatus ꝛ grauiter percussus fuit adeo q̄ quasi defecisset. at vt sic meritū eius ampliatum fuit. Legitur eī in legenda eiusdē quod beato Anthonio in quodā tumulo latitante multitudo quedam demonum eum varia cede lacerauit adeo q̄ minister eius de villa veniens ipsum seminium inuenit. ac proprijs humeris suis ad villam in quoddam hospicium ipsum portauit quo audito omnes

vicini illic cōuenerunt. et cum post planctum magnū funeris iam media nocte dormirent Anthonius subito reuiuiscens. vocato ministro fecit se in silentio ad tumulū reportari ibiqꝫ priorꝫ vulnerum dolore prostratus cū ex animi virtute con flictum demonū prouocasset. et statim illis in varias bestiarꝫ formas mutatis ab eorꝫ dentibus cornibus et vnguibus la ceratus fuisset. subito radius quidam lucis demones in tene bras fugauit. Statimqꝫ sanatus xp̄m presentem intelligens dixit. Ubi eras bone ihesu vbi eras. quare a principio non affuisti vt curares vulnera mea. Et vox ad eum facta. Anthoni inquit hic erā: sed expectabam videre certamen tuū. nunc aūt qꝛ viriliter dimicasti in toto orbe te faciā noīari. hec Uincentius in historiali speculo libro. xiiij. recitat Athanasium notasse. Uñ dicitur Jacobi. i. Beatus vir qui suffert tempta tionē. qꝛ cum probatus fuerit accipiet coronā vite. ¶ Sigismundus. Nunc satis habeo q̄ ex facto taliū mulierum neqꝫ tempestates neqꝫ grādines seu alia mala fieri posse. Sꝫ dū taxat vel ex motu naturali vel ex p̄missione diuine bonitatis. que vel in penā vel in meritum ex sua ineffabili pietate talia euenire dyabolorum ministerio p̄mittit. Idcirco placet iter nostrū ad alias questiones dirigere. ¶ Sigismūdus. Utrū strige et malefici possunt ministerio demonū seipsos ac alios formas specierꝫ seu animaliū trāsmutare. ¶ Ulricus. Ex cau sis supradictis p̄nt attamē apparenter et cū prestigijs facere. ¶ Sigismūdus. Quid nam est prestigium. ¶ Ulricus: Ars transformandi formas iuxta apparentiā prestigiū dicit. quasi p̄stringens oculos. Sicut ait. Isidorus ethimol. viij. Ita q̄ ipsi demones p̄stringēdo oculos faciunt apparentiā qua hō iudicat rem alterius forme q̄ est. ita q̄ quis vidēs hoīem cre dit eum esse azinū aut lupum. et tamen quisqꝫ retinet formā suā. q̄uis oculi nostri decipiantur. et ad aliā spēm erroneo iu dicio deducant: Sic symon magus p̄strinxit oculos nero nis et carnificis qui decollando arietem credidit se symonē decollasse. in oculis suis ministerio demonis p̄strictis decep tus. Item habetur de sancto Machario egyptio heremita prout Uincentius narrat in speculo hystoriali libro. xviij. q̄ cū quidā egyptius vesano amore vxoris alterius langueret.

nec ad effectum concupiscentie sue peruenire potuisset eo ꝙ il la virginitatis sue coniugem nimis amaret. et maleficium precatus est vt aut ab ea se amari faceret. aut a marito proprio repudiari. qui multis allectus muneribus solito sue artis ingenio fecit illā equam videri. Itaqꝫ vir eius turbatus ꝙ equā sub lectulo iacentē videret ingemiscens flebat. eo ꝙ illam alloquens nullū responsum audire poterat. Adductis ergo presbiteris quid illa pateretur ostendit. et nec sic quidē calamitatis causam agnouit. Alligatā igiť eam in morem iumenti ad desertum duxit. Cū iam celle sancti Macharij appropinquaret monachi arguebant eū cur cum equa ad monasterium veniret. vxor inquit mea hec fuit. sed in equam conuersa iā tercia dies est ex quo cibū non sumpsit. Quod cum sancto Machario (cui iam deus hoc ipm notum fecerat) retulissent. Uos inquit equi estis et equoꝝ oculos habetis. Illa nāqꝫ mulier est. nec in illam figurā transfigurata videtur nisi in eoꝝ oculis qui prestigij vanitate falluntᷣ. Mox em̄ aquam benedictā infundens oratione cōpleta subito eam omnibus videri feminam fecit. eāqꝫ refici iussit et cum viro suo reuerti dicens: Nūquam a cōmunione sanctoꝝ misterioꝝ neqꝫ ab ecclesie oratione discedat. Hec em̄ idcirco ꝑpessa est quia per quinqꝫ septimanas misteria diuina non attigerat. Ecce igitur ꝙ non omnium oculi perstricti erant. quia oculi beati macharij non erāt perstricti. ¶ Sigismūdus. Profecto hec hystoria multum facit ad propositū. ¶ Ulricus. Certe quadā vice ea de re cum colendissimo domino. Ottone ex comitibus de sonnenberch episcopo. Constantiensi qui etiam multarū rerum cognitionem habet ac litteris ꝓ magno desiderio intendit me disputasse memini: hic eandem hystoriā in medium attulit. que me in materia prestigij ꝓpter eiusdem etiā dn̄i episcopi autoritatem et frequens studiū suū. cuius etiam ego. humilis famulus existo. et sub clementie eius etiā alis me foueo plurimū mouit. ¶ Sigismundus. Cuperem audire aliquos modos quibus apud oculos hominum vna res apparere pro alia possit. ¶ Ulricus. Saluo iudicio melius sentientium duos vel tres adducā modos scd̄m ꝙ ergo meo ignaro ingenio colligere potui. et iuxta mentem beati Thome sup secundo

sententiarum. di. viij. ac aliorum doctorum videtur mihi dici posse q vno modo diabolus possit ludificare sensus nostros ab interiori mouendo fantasmata et similitudines rerum existentium in virtute ymaginatiua faciēdo eas ad organa sensuū exteriorum defluere. sicut quādoqz contingit in somnijs. Nam ex motu fantasmatum in somnijs cum defluxu eorum ad organa sensuū exteriorum. sicut ad oculum vel tympanum in quo fundatur auditus. et sicut visus in oculo apparet nobis q multa videamus atqz audiamus. Ita nobis vigilantibus aliquādo apparet q multa videamus. sicut patet in freneticis et acute febricitantibus. zc. Secundo modo ex vehementi conuersione intentionis ad fantasmata. que facit vt similitudo rei res ipsa videatur. Sicut vult Augustinus dicens. q quidam tante conuersione recogitabat cuiusdam mulieris ymaginem. q ei carnaliter cōmisceri vigilans videbatur. Cum igitur demon non ignorat hos modos. dico quod demon possit ita organa sensuum disponere q vna res apparebit pro alia. Sicut ex abundantia humoris colerici videtur gustui q omnia sint amara. cum tamen aliquando sint dulcia et ex descensu humoris sanguinei vel vaporis ignei ad oculos videtur nobis que exterius apparent qd sint rubea. Secundo dico q dyabolus potest ita disponere medium q vna res videbitur alia. Et secundum sanctum Bonauenturam aliquando ex dispositione candele p artem confecte palee videntur serpentes esse. et huiusmodi experimenta etiam multa fiunt a ioculatoribus. Cum autem dyabolus magister sit ioculatorum nemini dubium quin dyabolus subtilius hec operari possit. Item aliquando non res sed similitudo rei z figura videtur. Itaqz secūdum glosam beati Augustini beatus Petrus vidit quoddam vas mitti de celo in terram. in quo erant omnia quadrupedia serpentia terre et volatilia. celi vt dicitur Actuum. x. que namqz non corpora erant sed ymagines: Eadem visione sanctus Benedictus totum mundum vidit Nam in legenda sua dicitur quod totus mundus velut sub vno solis radio collectus ante oculos eius adductus est. ecce quod erant rerum ymagines.

Capitulum decimum Sigismundus. Ex premissis itaq; moueor ad alias questiones. videlicet An sup lupum vel baculum vnctum ad cõuiuia veniant. et mutuo comedant et bibant at seinuicem cognoscant.



¶ Sigismũdus Gauderẽ etiam opinionẽ tuã desup libenter audire reuerẽde doctor. ¶ Ulricus. Ex predictis cognouisti qũo quãdoq; in somno qñq; in vigilijs fit repñtatio ymaginationũ tam fortiũ: q; hõ credit se essentialiter hoc vel hoc videre vel facere. Audisti etiã q; dyabolus qñq; pstringit oculos et alios sensus hoim. ita vt homines autumẽt se hoc vel hoc facere. Etẽm vt me satius intelligere possis introducã historiam

ex legenda sancti Germani. Dicit enim ibidē. q cum predictus sanctus nocte quadā in aliqua domo hospitaretur. factū est vt postq̄ cenauerint q mensa iterū pararet. Admirans sanctus germanus quesiuit ab hospitibus cui denuo mensa pararetur. qui cū dicerēt q bonis illis viris ꝛ mulieribus qui nocte incedūt mensam ꝑpararent. Nocte itaq illa statuit scūs Germanus vigilare. Et ecce vidit multitudinē demonū ad mensam in formis viroꝝ et mulierū venientē. qui eis precipiens ne abirēt cūctos de domo excitauit. quesiuitq si ꝑsonas illas agnosceret. qui cū oēs vicinos et vicinas dicerēt esse. misit ad domos singuloꝝ. et ecce in suis lectis sꝫ inuenti. et adiurati postea demones ꝑ sanctū Germanū se esse spūs malignos dixerūt qui sic hoīes illudebāt. Ecce q spūs se loco aliarum personaꝝ ostendere pn̄t. ita quippe vt hoīes existimenc hmōi ymagines veras ꝑsonas esse: Et sic ex illa hystoria habes q eadem hora p̄t hō esse in vno loco. et nihilominus ꝑ spiritū apparere in alio. Sicut illi hoīes hora noctis iuerūt in domibus in lectulis suis: et eadē hora coꝝ ymagines prestigio dyabolico apparuerūt in domo hospitꝫ cenantes. Sic etiā de symone mago dicit in legenda sancti Petri. q symon eadē hora in cōclaui erat cū nerone. et foras loquebat̄ ꝑplo. id est ymago eius ꝑ dyabolū foras loquebatur populo. Sic idē in bonis spiritibus et angelus cōtingere solitū fuisse legimus: Nam beato Ambrosio videbatur q faceret officiū in exequijs sancti Martini in ciuitate Thuronensi. Dixit enī. ego funeri exequiū prebui sꝫ vltimā orationē vobis excitantibus explere nō potui. Et reuera ita inuentū fuit sicut ipse retulit. et tn̄ ambrosius eo tūc in ciuitate Mediolanēsi fuit. q̄ ad plures dietas distat a thurone. vn̄ s̄m Egidiū in quodlibeto dicit q bonus angelus in forma beati Ambrosij fuerat in ciuitate thuronensi. et corpus beati Ambrosij fuerat in ciuitate mediolani. ¶ Sigismūdus. Ad quē finem ꝑperat hec instructio. ¶ Ulricus. Ad hoc vt cōcludā q hoīes sepe existimāt se videre alios hoīes in certo loco cōstitutos quorū tamen ymagines dūtaxat vel in spiritu bono vel malo videntur. ¶ Sigismūdus. Sed q ecōtra. an ne qn̄q phitonice mulieres credāt se ꝑficisci in aliū locū. cum tn̄ remaneant

in domo sua. ¶ Ulricus. Superius iam audisti exempla vn de sepius credit homo se esse in alio loco vbi non est. ergo bñ dicit textus in. c. episcopi. xxvi. q. v. Illud etiã non est omitten dum. q quedam scelerate mulieres retro post sathanã cõuerse demonũ illusionibus seu fantasmatibus seducte credunt se et profitentur cum dyana nocturnis horis dea paganoꝝ vel cũ herodiade et innumera multitudine mulierũ equitare sup quasdam bestias et multa terraꝝ spacia intempeste noctis si lentio ptransire. vel eius iussionibus obedire velut dñe. et cer tis noctibus ad eius seruitiũ euocari. Sed vtinã he sole in sua pfidia perijssent. et nõ multos ad infidelitatis interitum secũ ptraxissent. Nam et innumera multitudo hoim hac falsa opinione decepta vera esse credit. et credendo a recta fide de uiat. hec textus. ¶ Sigismundus. Nõne ceteri homines pñt equitare et ambulare de loco ad locũ: tam de die q̃ de noc te. q̇d igitur ipsis talibus mulieribus obstat. ¶ Ulricus. Cer te non denego quin hmõi mulieres et equitare et ambulare tam sup asinum vel bouem q̃ sup equũ vel camelũ. sicuti alij homines et more alioꝝ hominum. Nos autem in isto casu loquimur secundum q se extendit vltra cõmunem hominũ cursum. scz vt non possint in hora ad decẽ vel. xx. miliaria p ficisci. ¶ Sigismundus. Si igitur sic vadunt de loco ad lo cum et conuiuia sua visitant vt dictum est supra. vnde igitur prouenit q homines in alijs ciuitatibus existentes quos an te nũq̃ viderunt cognoscũt. ¶ Ulricus. Ex premissis claret solutio. qm̃ per impressiones ymaginationũ seu representatio nem ymaginum ministerio demonum factam hoc precipiu unt. credentes se sensu corporalis presentie cognouisse.

Capitulũ vndecimũ.

Sigismundus. Saturati iã sumus de premissus disputationibus Nunc de vlteriori questione interrogemus. videlicet vtꝝ dya bolus in forma hominis possit huiusmodi mulieribus incu bando cõmisceri. et an ex huiusmodi coitu possint generari pueri. ¶ Ulricus. Quãuis in superioribus plene tum autori tates et rationes tum etiam exempla et hystorie pro decisio ne huius questionis sint satis introducte. Ut tñ finem mate

rie habeamus dico q ex incubo et muliere nō procreatur hō: Nec vnq̄ inuentus est homo qui ex spiritu et muliere natus sit: preterq̄ saluator dominus noster iesus christus qui sum mi dei patris misericordia dignatus est sine virili cōmixtione de spiritu sancto ex gloriosissima virgine maria in mūdum nasci. Absit igit̄ apud me q homo sine homine de spiritu et maledicta muliere debeat nasci. Nec obstat. q in comedia Plauti poete de Amphitrione legit̄. q hercules ex ioue deo et alckmena muliere amphitrionis natus sit. et sic mediusfi dius dicatur. quasi medius fidius. q2 fabula poeta2 nephā dissimaq3 fictio est. ¶ Sigismūdus. Quid igitur respondens ad allegatā glosam Gen. primo vbi dicitur gygantes ex tali coitu natos esse. ¶ Ulricus. Dico q glosa opinatiue loquit̄ et non concludit. ¶ Sigismundus. Quō igitur saluas textū qui dicit q exinde nati sīt gygātes. ¶ Ulricus. Dico q ideo tunc surrexerūt gygātes. i. homines potentes et magnanimi qui ꝑter eo2 potentiā et magnanimitatē dicti sunt gigātes ¶ Sigismundus: Quid igitur sentis de merlino in britānia nato. ¶ Ulricus. Sentio q fuerit verus homo. ¶ Sigismū dus. Cuius filius est ergo. ¶ Ulricus. Utriusq3 hominis tā viri q̄ mulieris. ¶ Sigismūdus. Quomodo igitur mater ei us corā rege britannie cōfessa fuit se de incubo cōcepisse eum. ¶ Ulri. Me iudice errauit mulier a demone illusa credens se merlinū de semine incubi concepisse. ¶ Sigismūdus. Un̄ igit̄ conceptus est talis merlinus. ¶ Ulricus. Sic arbitror. q2 forte mater merlini prochdolor dedicauerat se dyabolo. vnde dyabolus ymaginationē eius (vt premisimus) seducēs sensusq3 eius pstringens quasi eidem cōmisceretur. cuius eti am corpus prestigium tumidū fecit. quasi fetu grauida incede ret. ac adueniēte tempore ficti partus flatū diuina permissio ne propter eius mulieris incredulitatē in corpore eiusdē mo uerit. vnde ipa existimans se grauatā et fecundam ac prolem parere debere Itaq3 ipse diabolus diuina pmissione ob incre dulitatem mulieris in ventre eiusdem dolorē immiserit. et hu iusmodi flatum extinguēdo aliquem puerum alicui homini furatū supponēdo apparentiā fecit occulto suo pstigio. quasi talis puer de tali muliere natus fuisset. quē ex post mater sulci

piens credens de corpore suo extitisse enutriuit cũ tamen talis
puer ab alijs hominibus prenatus fuerit. et per dyabolũ sub
tractus. ¶ Sigismũdus. Sic audio q̄ dyabolus potest ho
mini subtrahere puerũ suum. et deferre ad alium locũ et sup
ponere alteri. ¶ Ulricus. Permittente deo potest: presertim
non baptisatos pueros surripere. ¶ Sigismũdus. Ostende
hoc autoritate vel exemplo. ¶ Ulricus. Dyabolũ super puerũ
non baptisatũ habere ptãtem certum habeas ex decreto in
c. postea. et in. c. sacerdotes de cõsc. dist. iiij. vbi textus ait. Sa
cerdotes cũ per exorcismi gratiam manum credentibus im
ponunt. et habitare malignos spũs eorũ mentes cõtradicunt
quid aliud faciunt. nisi q̄ demonia eijciũt. Item textus in. c.
dehinc. eadem dist. dicit. Dehinc iterũ exorcisatur dyabolus
vt suam nequiciam cognoscens iustũ super se dei iudicium ti
mens recedat ab homine. neciam cõtendat arte sua subuerte
re. Ecce q̄ dyabolus arte sua põt subuertere pueros non bap
tisatos. Ex his infero ad proles et pueros quos vulgus opi
natur de milite coloniensi p mulierem procreatos. prout supe
rius in hystoria tactũ est. ¶ Sigismundus. Dic queso. p quo
namq̄ habuisti illũ militem incognitum. ¶ Ulricus. Pro in
cubo et dyabolo. ¶ Sigismũdus. Pro quo autem filios il
los habes. ¶ Ulricus. Ego saluo tñ iudicio melius sentienti
um reputo illos p veris hominibus. alicui tñ surreptis ⁊ ibi(
vt premissum est) suppositis. ¶ Sigismũdus. Quale. autẽ ex
istimas illam mulierem fuisse. quam ille cuius cicilie in mari
arripiens vxorem duxit. vt supra dictũ est. ¶ Ulricus. Pro
succuba. et sic pro dyabolo. ¶ Sigismũdus Pro quo autem
reputas filium per ipsam vt putabatur genitum et postea in
mari per eandem surreptũ. ¶ Ulricus. Pro dyabolo qui sic
in forma pueri illis apparuit. Nã vt Helimandus in eadem
hystoria sentit inquiẽs. si talis puer fuisset verus homo fuisset
nemini dubiũ quin postq̄ mater eundem in mari arripuerit
mare ipm tanq̄ cadauer ad littus eiecisset. quod tamen fac
tum non fuit: q2 talis puer disparuit et amplius visus non
fuit. natura autẽ maris est oia cadauera ad littus proijcere.
¶ Sigismũdus. Nõne plures opinant̃ q̄ dyabolus vt suc
cubus possit cũ hominibus coire et sperma assumere. ac ex
post vt incubus in mulierẽ infundere. et exinde prolẽ genera

re. ¶ Ulricus. Mihi non videt᷑ fieri posse dato eciã q̄ sperma taliter colligere et immittere posset hō tñ ad generandũ non sufficit: qm̄ vt cōsiliator differentia. xxv. ait Scire debes q̄ istud membrũ puta testiculi nō est princeps ṽtutis generatiue. q̄uis virtus in eo sit vt opinat᷑. Galienus: q̄ illud non pōt agere suã operationē p̱ se. nisi p̱ spiritũ emissum a corde temperatũ qualitate. et quãtitate ꝓpter qđ virtus cordialis que mēsurat hũc calorē vt possit facere suas operationes sit principaliter generatiua. vt virtus que est in hoc membro est ei seruiens: ꝛ si aliqđ in hoc h̄ȝ dominiũ illud est p̱ticulare. vñ mihi videt᷑ ex illa theorica. q̄ cũ diabolus hmōi spiritũ a corde principiantē et illã generationis virtutē assumere nō posset. clarũ erit q̄ q̄uis forte assumat sperma ex ꝓiectione dũtaxat hmōi spermatis aliis nō cōcomitantibus nihil generari poterit. ¶ Sigis. Ex supradictis et iã deductꝫ video te pedē figere sup̱ eo. q̄ aut hmōi pueri sint fantastici aut ṽo alibi surrepti et sic suppositi. ¶ Ulri. Bñ habes. et in illã p̱tem videt᷑ declinare Uincētius in tercio li. historie naturalis capi. cxxviii. ¶ Sigis. Nũc satꝫ mutuo inter nos hac de re disceptauimus. Expedit ꝓ memorie tenacitate vt nũc paucis ṽbis determinationis cōclusiones p̱ epilogũ detegere coneris. Ulri. Saluo igit᷑ iudicio doctoꝝ quorũcunq̄ melius sentientiũ quoꝝ determinationi me submittere nō recuso quãtum mihi visum fuerit dicã. ¶ Est igit᷑ mee opinionis determinatio. ¶ Prima. q̄ dyabolus neq̄ per se neq̄ ministerio hominũ potest elemētis hominibusq̄ et animalibus nocere. vel homines ad generãdum impotētes reddere. nisi qñ occulto dei iȝ nũq̄ iniusto iudicio. vel ob penã delictoꝝ nostroꝝ vl' ob meritũ temptationis nostre augmētandũ. siue ob diuine maiestatis gloriam magis timendã et per nos colendã. seu ob aliam causam deũ mouētem ipsa clemētissima pietas p̱miserit. ¶ Secunda determinatio est qđ cum ipsa dei prouidentia occulto sue bonitatis iudicio dyabolo nocendi potestatē permiserit q̄ ipse dyabolus hmōi potestatem amplius extendere quam sibi a summo deo concessum fuerit non poterit ꝛc. ¶ Tercia determinatio est. q̄ q̄uis diabolus p̱mittēte diuina clemētia ob incredulitatē hoim vel aliã cãm sup̱ius enarratã posset p̱stringere oculos aliosq̄ sensus hoim obstruere

ita vt homines credāt se alicubi esse vbi tamen nō sūt. vel vide re id qđ in se tale non est. vel appareret aliter q̄ sit: hominem tū vel aialia in aliā speciem veraciter immutare non potest.
¶ Quarta determinatio est. q̄ huiusmodi malefice mulieres per multa miliarium spacia in noctis silentio non pficiscun tur. nec mutuo taliter pficiscendo cōueniūt. sed dumtaxat ip sis somniantibus vel ymaginatione forti (vt premissum est) laborantibus p representationē specierum similitudinariam a dyabolo eis impressarū hec et alia eis apparent. que postea eis euigilantibus vt sic illuse credunt.
¶ Quinta determinatio est. q̄ dyabolus siue vt incubus siue vt succubus pueros generare nullo mō potest. Sz hmōi pue ri si inuenti fuerint. vel suppositi pueri vel fantastici existunt.
¶ Sexta determinatio est. q̄ solus deus futuroꝝ certus est inspector et solus cogitationes hominū nouit. Quisq̃ dya bolus p se siue per magos siue maleficos vera et futura pre dicere aliter non potest. nisi ea pre ipse pre subtilitate sue natu re ex priori consideratione astroꝝ et elementoꝝ dispositione accidere debere noscit. vel que accepta licentia a deo facere intendit. vel ab hominibus ad faciendum persuadere in eo rum mentes suggerendo proposuit. vel que ex moribus et ge stu hominum coniecturando deprehendit nihilominus ta men ipse sepe fallit et fallitur.
¶ Septimo determinatio est q̄ q̄uis effectualiter huiusmo di maledicte mulieres nihil efficere possunt. nihilominus tū quia instigante dyabolo tales mulieres vel ob desperationē vel ob pauptatem vel odia vicinoꝝ vel alias temptationes p diabolū immissas quibus nō resistunt. a pio et piissimo deo recedētes sese dyabolo holocaustomata ꝛ oblationes offerē do apostotāt hereticā prauitatē sectātes Et ppterea succedit.
¶ Ultima determinatio. videlicet q̄ pp̄ter huiusmodi aposta siam a fide christana et corruptā voluntatem possunt tales. scelerate ac malefice mulieres que a deo largissimo apostota runt et dyabolo sese dedicauerūt de iure ciuili ac diuino igne concremari vel quocūq̃ alio supplicio ad mortē cōdemnari. put dicit in lege multi. Codice de maleficis ꝛ mathematicis.
¶ Uos igitur o mulieres mementote professionis vestre in

baptismo facte. ac cū diabolus vos temptauerit estote fortes et suis suggestionibus resistite. et resistendo signo scē crucis vosipsos armate sciētes ꝙ aduersus vos nullā habebit ptātē qm̄ cōtra hoc signū nullum stat periculū. Sumite exemplū btē Justine. in cuius legēda ita legit̄. Erat em̄ quedā virgo in anthiochia ciuitate. Justina noīe quā quidā scholasticus noīe agladius videns frequenter ire ad ecclesiam in amorem eius incidit: multosqꝫ ad eam transmittens in vxorem petijt. que cum omnibus diceret xp̄o celesti sponso se esse desponsa tam. Jlle congregata viroꝝ multitudine voluit eam per vim rapere. Sed non potuit. tūc iratus abijt ad cyprianum ma gum pmittens sibi duo talenta auri. vt iustinam per malefi cia sua caperet qui p magicas vocauit demonem. et ait illi. amo virginem de galileis potes ne eam psuadere et adduce re mihi. qui pmisit ei dicens. Accipe hoc medicamentum et sperge circa domū eius. et ego superueniens paternum sen sum ei inijciam. et statim obaudiet mihi. Cumqꝫ cyprianus ita fecisset sancta virgo tercia noctis hora ad orationem sur gens sensit impetum demonis. signauit itaqꝫ se et domū su am signo sancte crucis. et demonē illo signo exsuflauit. Qui veniens ad cyprianum cōfusus et cur virginem non addux issent requisitus ait. Uidi quoddam signum et tabui. Jteꝝ cyprianus p artem magicam alium demonem eo fortiorem vocauit. et simili modo fecit. et similiter eidem accidit. Tan dem vocauit ipsorum demonum patrem et ait ille que nam est infirmitas vestra. victa est em̄ virtus vestra ab vna virgi ne Respondit diabolus. nunc adducam eam ad desiderium coruptionis. tu tamen paratus sis. Tūc dyabolus in specie virginis ad iustinā intrauit et sedēs super lectum eius temp tando eam dixit Hodie missa sum ad te a xp̄o vt viuam tecū in castitate. multum em̄ video te vexatam abstinentia. Sanc ta autem iustina dixit. merces quidem multa labor vero mo dicus. Dixit ei dyabolus. deus in paradiso benedixit adam et euam dicens. crescite et multiplicamini. puto ergo ꝙ si in virginitate manserimus iudicium incidamus. qꝛ verbum dei contemnimus. Cumqꝫ sancta virgo turbata surrexerit et p spiritum sanctum senserit quis esse qui ei loqueret̄. signo cru

cis se signās diabolum exsuflauit. qui disparuit. Deinde dyabolus confusus Cypriano apparuit. qui dixit ei et tu namqꝫ victus es vt ceteri subditi tui quomodo enim victi estis ab vna virgine xpiana. dic mihi que sit virtus victorie eius. Qui respondit. dicere tibi non possum. vidi quoddā terribile signum et tabui. Si autem virtutes huius signi vis addiscere. iura mihi ꝙ nunqꝫ a me velis discedere. Qui cū iurasset ait illi. vidi signum crucifixi et tabui: et sicut cera a facie ignis fluxi. Cui dixit cyprianus. Ergo crucifixus maior te est. Qui respondit. etiam maior omnibus est. q2 desertores dei accipiūt ab eo sententiam ignis. Cyprianus autē ait festinabo igitur vt amicus fiam crucifixi. ne talem penam incurram. Dyabolus respondit. Jurasti namqꝫ mihi. Cyprianus ait: cōtemno te et omnes fumigantes virtutes tuas. meqꝫ ipsum tibi denego. et me consignans dico. gloria tibi xpe. et tu demon recede a me: Abijt ergo dyabolus confusus. et cyprianus xpianus factus est. Ecce ergo quante virtutis fuerit et hodie existat signum sancte crucis quo nos signare dignetur xps qui pro nobis in ligno crucis seipm offerre et nos saluos facere dignatus est. qui viuit et regnat in secula benedictus Amen.

¶ Accipe igitur gloriosissime princeps hanc disputationem huius tractatus. quem ad honorem tue excellentissime et bonarum mentium serenationem sub tue celsitudinis emendatione elaboraui. Et si quid minus officiose elaboratum seu a tramite veritatis deuiare inueneris. illud ignorantie mee potius qꝫ presumptuositati attribue et me seruulum tuum cōmendatum graciliter suscipe. ¶ Uale igitur felix eternum patrie decus. deoqꝫ ac omni populo amabilis colendissime princeps. Ex Constantia. Anno dm̄ M.cccc.lxxxix. Finit De lanijs et phitonicis mulieribus. Impressum Lypczik per Arnoldum de Colonia. Anno dm̄ M.cccc.xcv.

Tue celsitudinis humilis consiliarius et seruulus
Ulricus molitoris de Cōstantia decretoꝝ doctor

[illegible]ugit me presens me pondus
Silentio preterit p tacuit
Respicio p erogatio
Re[illegible]sum faces p dimitere
P[illegible] me p indugo
Clara epi[illegible] terimus toti benevolum
Iac. p scribere
Intercedo p [illegible]
Esse p dare [illegible]
Persuadere p epistola
Cura diligentia bene pont
Honor dele[illegible] homo
Memorem partem p [illegible]
Negra [illegible] ppt me
Melius pont [illegible] dolorem
Una prestabat [illegible] dolore
Tantum amoris p magnum amorem
Iudicio p [illegible]
Tua p [illegible] [illegible]
Impetus [illegible] impedire
Restituere p ostendere [illegible]
Nihil [illegible] in [illegible] pulsor
Parare p [illegible] plus grata
Nemo nos p valde
Clarus [illegible] fortunatus [illegible]
Equus [illegible] [illegible]
Item [illegible]
Tunc [illegible] ppt [illegible]
Omnes p [illegible]
Per [illegible] memor [illegible]
Noli [illegible] p [illegible]
Ex plocatu p recto
Et [illegible] plus qua dilecta

[illegible]	515.	4.
[illegible]	11100.	4.
[illegible]	5243.	12.
[illegible]	1500.	4.
[illegible]	6700.	
[illegible]	10440.	92.
[illegible]	8724.	
[illegible]	7720.	10.
	61001.	1131.

654.40

An H:n Obersten Leutenant Czernikow

war Complett

[illegible]	12500.
[illegible]	12000.
[illegible]	7700.
[illegible]	1800.